



**Augustini Barbosae ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Dvo Priores Decretalivm Libri Continentvr

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

15. De eo qui mittitur in possessionem causa rei seruandæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95263)

⁴ In gloss. Constituitur, ibi, ad hoc dicas quod in realibus actionibus non habet locum secundum decretum, nec est necesse. Sequitur Perez lib. 1. gloss. 1. vers. quaro 27. tit. 9. lib. 3. Ordin. pag. 656.

⁵ In ead. gloss. ibi, Sed nunquid idem iuris est in spiritualibus causis. Vide Perez d. l. 1. vers. quaro 24. pag. 655. col. 1. n. 2.

S V M M A R I V M.

- 1 Reus si non inuenitur, sufficit publice citationem ad Ecclesiam suam proponi.
- 3 Incerti per edictum citantur, si nesciatur locus ubi sint, quamvis sciatur Prouincia.
- 4 Vlyssipo cum maximum totius Orbis emporium, & ciuitas adeo ampla sit, homines in ea commorantes citantur per edictum si nesciatur platea ubi habitant.
- 5 Doctores referuntur de citatione per edictum agentes.

CAP. Venerabilis. X. & fin.

Gregor. IX.

¹ Citandus si non inuenitur, citatio potest figi in valuis Ecclesiarum suarum, & valebit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Innoc. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Anch. Panorm. Host. Bald. Butr. Henric. Boich. Cujac. Viuian. in ration. secundi libri iuris Pontif. pag. 113. Alagona in compend. iuris Canonici, pag. 239. remissum Ximen. in concord. p. 1 & 2.

² Volentes finem imponi litibus. Vide dicta ad cap. finem litibus, in print. hoc cod. tit.

³ Et si non poteris inuenire, faciant ut citationis edictum, &c. Notatur ad hoc quod incerti per edictum citantur, ut per Marant. de ordine iudic. p. 6. tit. de citat. memb. 1. n. 82. & 89. Bellacomb. tom. 2. comm. opin. lib. 8. tit. 14. n. 1. Menoch. remed. 8. recap. n. 113. Sord. decis. 5. n. 8. & conf. 173. n. 9. & conf. 181. n. 32. Cenal. commun. contra comm. q. 309. d. n. 31. Greg. l. 1. tit. 7. p. 3. Azeued. l. fin. n. 97. cum segg. tit. 2. lib. 4. noue recop. Guttier. pract. lib. 1. q. 13. n. 2. Steph. Grat. discept. forens. c. 164. n. 9. D. Barbol. in l. ad peregrinorum, n. 120. cum segg. ff. de iudic. quod locum habet, si nesciatur locus ubi sit, Vant. de nullis tit. ex defectu citationis, d. n. 118. Menoch. remed. 8. recap. d. n. 101. & conf. 100. n. 95. cum segg. Gam. Lusit. decis. 237. Valasc. de parit. c. 7. d. n. 13. Camil. Borrell. in sum. omnium decis. tit. 4. de citat. n. 8. etiam si sciatur Prouincia, locus vero in ea minimè, teste Melch. Phœbo Lusit. decisionum, tom. Aresto 69. Illud tamen addendum duxi Vlyssiponensem ciuitatem adeo esse amplam, hominesque in ea ita ignotos, propter varia hominum genera, cum habeat septuaginta millia focaria, ut absens licet pro certo habeatur in ea commorari, si tamen platea nesciatur, cum ea tanquam Prouincia esse videatur, & quo in loco illius sit prorsus ignoretur, tunc per edictum sit citandus, ita iudicauit Senatus Portugalensis de anno 1596. ut refert parens meus in annot. ad Ord. Regias Lusit. lib. 3. tit. 1. §. 8. num. 7.

⁵ De citatione per edictum vide ad satietatem post Marant. Vant. Menoch. Cenal. dictis locis, Rebuff. tom. 3. ad leges Gallie, in prefat. d. n. 94. Aloyf. Ricc. in collect. decis. p. 1. collect. 117. Cardos. in praxi iudicium, verbo, citatio, n. 18. Soar. de Pace in pract. p. 1. tom. 1. temp. 3. an. 20. Cabed. p. 1. Aresto 58. Camil. Borrel. de tit. 44. d. n. 77.

⁶ In gloss. Ecclesiam, fin. ibi, nunquid tenebitur saltem

ad expensas? Vide Hypopol. in l. de vnoquoque, n. 121. ff. de re iudic. Tiraq. de retractu lig. 8. §. 15. gloss. 2. n. 9. cum segg. Perez in rubr. tit. 1. gloss. 1. pag. 446. lib. 3. Ordin.

In gloss. Sufficiens, ibi, sufficiens instruitur dicitur, qui ad agendum, defendendum, & respondendum constitutus est legitime. Vide Azeued. l. 2. n. 44. tit. 7. lib. 4. noue recopil.



De eo, qui mittitur in possessionem causa rei seruanda.

TIT. XV.



UPER hanc rubr. scripserunt Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Anch. Bald. Panorm. Stephan. Ranchin. in continuat. titulum Decret. fol. 61. verso, Dan. Venator in analysi meobodica iuris Pontificij, d. pag. 224. Goffred. & Host. in summa huius tit. Petr. de Rauenna in compendio iuris Canon. Martin. Mesnart. in epitome Decretal. Alexand. Cassan. & Anastas. Germon. in paratilis ad quinque libros Decret. Barthol. Carthag. in exposit. titul. iuris Canonici, nouissime Ioan. Honor. lib. 2. summ. in Decret. omnes sub hoc tit.

De materia tituli vide apud Castellanos l. 1. tit. 8. p. 3. Neguzant. de pignoris. p. 3. à princ. Perez l. 1. tit. 9. lib. 3. Ordin. pag. 649. Rebuff. in praxi tit. de missione in possessionem, Guttier. pract. lib. 2. q. 22. n. 12. Galgancet. de iure publico, lib. 2. tit. 54. de missione in possessionem causa rei seruanda.

S V M M A R I V M.

- 1 Missus in possessionem ex primo decreto in reali, per lapsum anni veram, & incommutabilem illius rei possessionem acquirit, licet passus missionem habuerit infra annum voluntatem cautionem praestandi, tamen non deduxit ad effectum, suo defectu.
- 2 Missus in possessionem ex primo decreto actione reali intra annum non efficitur verus possessor, sed tantum custos.
- 4 Declaratur text in presenti.
- 5 Voluntas retenta animo nihil prodest.
- 6 Voluntas facta magis, quam verbo declaratur.
- 7 Voluntatem qui explet lucrari dicitur.

CAP. Constitutis. I. Alex. III.

MISSUS ex primo decreto in possessionem causa rei seruanda, si pars contraria, licet hoc velit facere, tamen intra annum sua culpa non praestat cautionem; acquirit possessionem incommutabilem illius rei, salvo iure partis pro proprietate. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Anch. Imol. Anan. Host. Henric. Butr. Panorm. Bald. Cujac. Viuian. in ration. secundi libri iur. Pontif. pag. 117. Alagona in compend. iuris Canon. pag. 242. remissum Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. Aug. collect. 11. Decret. lib. 2. tit. 1. c. 1. & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. p. 3. c. 4.

Quod licet causa rei seruanda. Notatur ad hoc quod missus in possessionem ex primo decreto actio-

ne reali intra annum non efficitur verus possessor: sed tantum custos, vt per Perez l. unic. gloss. 2. tit. 9. lib. 3. Ordin. Menoch. reined. 3. retin. n. 12. Greg. l. 2. tit. 8. p. 3. Soar. de Pace in pract. p. 2. tom. 2. c. unic. n. 81. & 82. Christoph. de Pace ad leges styli. l. 27. num. 45. & 46. Post annum verò à missione facta missus verus possessor constituitur, absenti proprietate causa reservata, per intra allegata à Galignet. de iure publico, lib. 2. tit. 54. n. 31.

3 Super possessione Ecclesie.] Vel etiam hospitalis, vt per Rebuff. in tract. nomin. q. 9. n. 8.

4 Intra annum.] Vide Tiraq. de retract. lig. §. 1. gloss. 9. n. 63. vbi dicit hunc text. loqui simpliciter de anno, qui datur reo ad reuocandam missionem in possessionem, at verò cap. cuna venissent, in hoc tit. loqui de anno, & die, computato ipso die termini.

5 Licet voluntatem, &c.] Notatur ad hoc quòd voluntas retenta animo nihil prodest, l. si repetendi, ff. de condi. ob causam, Brunor. à Sole in locis comm. verbo, propositum, Rota Rom. apud Farin. decis. 354. n. 6. tom. 1. p. 1. recent. nam retenta animo nihil profluit, ex latè traditis per Tiraq. in l. si unquam, C. de renouand. donat. verbo, libertatis, n. 20. & in l. 6. comm. gloss. 1. p. 6. n. 18. & de retractu tit. 2. §. 4. gloss. 6. n. 21.

6 In gloss. Voluntas, ibi, voluntas sola non sufficit sine effectu. Nam voluntas facta magis quam verbis declaratur, l. Paulus, ff. rem ratam haberi, Aym. conf. 204. à n. 11. Menoch. conf. 1. n. 264. & conf. 5. n. 16. & conf. 110. à n. 1. & conf. 158. n. 48. Malcard. de probat. concl. 141 §. n. 34. Mantica. decis. 146. n. 4. Surd. decis. 194. n. 21. & decis. 371. n. 65. Montan. de tutel. & curis, c. 33. n. 535. Valasc. conf. 169. n. 11. Cald. Pereira de renouat. emphyt. c. 11. num. 20. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. §. 4. proem. n. 71.

7 Mendez à Castro in praxi Lusit. lib. 3. c. 11. n. 9. Et voluntatem qui explet lucrari dicitur, l. si pigriori §. ff. de furtis, Tiraq. de iure primog. q. 53. n. 3. Gonzal. §. 3. proem. n. 157. qui verò non explet, damnum sentit, Menoch. reined. 1. recap. n. 422. Surd. de aliment. tit. 8. priuil. 69. n. 3. & decis. 260. n. 21.

In gloss. Parati, in princ. Vide Tiraq. de retract. lig. §. 9. gloss. 3. n. 18. cum segg.

S V M M A R I V M.

- 1 Tempus annale non currit missionem passo, si intra illud cautionem iudicibus, vel alteri eorum aliis absensibus, obtulit: licet per eos, seu per eum recepta non fuerit.
- 2 Ordinarius qui confert, in possessionem mittere potest.
- 3 Tempus non currit ignorant.

C A P. Cùm sicut. II.

Clem. III.

1 Missionem in possessionem patiens si intra annum offert cautionem iudicibus, vel vni ex his, licet indices illam non capiant, non currit annus ei, & sic post annum restituitur, quia per ipsum non stetit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Innoc. Zab. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hostiens. Bald. Butr. Panorm. Cujac. Viuian. in ration. secundi libri iuris Pontif. pag. 118. Alagona in compend. iuris Canonici, pag. 243. remissiuè Ximen. in concord. p. 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 2. Decret. lib. 2. tit. 8. c. 2.

2 In possessionem rei petita miserum.] Notatur ad hoc quòd Ordinarius qui confert, in possessionem mittere potest, vt per Rebuff. in tit. de missione in possessionem, num. 12. vbi numer. 13. aduertit quòd hodie presbyter aut clericus seu notarius in possessionem mittit.

tere potest, vt per Rebuff. in tit. de missione in possessionem, num. 12. vbi numer. 13. aduertit quòd hodie presbyter aut clericus seu notarius in possessionem mittit.

Ad subdecani notitiam peruenisset, &c.] Ergo tempus ignorant non currit, vt per Tiraq. de retractu lig. §. 35. gloss. 4. n. 22. Flamin. de resign. benef. lib. 1. q. 4. num. 38. cum segg. Cald. Pereira de renouat. emphyt. q. 7. à n. 13. & in materia appellationum, Sigism. Scacc. de appell. q. 12. n. 48.

S V M M A R I V M.

- 1 Missionem passus si repetens possessionem allegat se contumacem non fuisse, restituitur in pristinum statum prestita cautione, & dilata condemnatione expensarum, quam euicit si postea constitit eum non fuisse contumacem.
- 2 Consuetudo mixta procedens à tacito consensu Clericorum, & Laicorum, maximam vim habet, etiam in his quæ Ecclesiastica sunt.
- 3 Declaratur text. in presenti, & in cap. 1. supra hoc tit.
- 4 Iudex arbitrari potest intra quem terminum reus comparere debet ad prestandam cautionem, & expensas.
- 5 Mandatum non solum seruandum est, sed & qualitas illius.
- 6 Declaratur text. in presenti.
- 7 Offerens se solutum id in quo fuit condemnatus, dicitur sententiam ratificare.
- 8 Actus gestus per partem in iudicio nunquam nocet si non fuit à parte acceptatus, sed impugnatus.

C A P. Cùm venissent. III.

Innoc. III.

1 Missionem in possessionem patiens secundum maius, & secundum laudabilem consuetudinem, si appellat prestita cautione restituitur in possessionem, & differtur solutio expensarum necessariorum, donec constet fuisse contumacem, vel consuetudinem non fuisse laudabilem, & si locus constet, solvere debet expensas. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Henric. Bald. Panormitan. Hostiens. Butr. Cujac. Viuian. in ration. secundi libri iuris Pontificij, pag. 119. Alagona in compendio iuris Canonici, pag. 243. remissiuè Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. August. collect. 3. Decretal. lib. 2. tit. 8. c. 2.

Secundum ius, & bonam terre consuetudinem, &c.] Notari potest ad hoc quòd consuetudo mixta procedens à tacito consensu clericorum, & laicorum maximam vim habet etiam in his quæ Ecclesiastica sunt, vt per Couar. in pract. c. 31. n. 5. Tiraq. in tract. de mort. p. 3. declar. 8. n. 4. & in prefat. declar. 7. n. 5. cum segg. & de retractu lig. §. 1. gloss. 13. n. 2. Boët. decis. 69. n. 21. faciunt quæ Perez l. 4. gloss. 1. pag. 634. vers. sequentem, tit. 8. lib. 3. Ordin. Carol. de Grassis de effect. cleric. effect. 2.

Uque ad annum, & diem.] Additur dies, quia computatur ipse dies termini, at verò in cap. 1. sup. hoc tit. fit tantum mentio de anno, quia dies termini non computatur in termino, ita Tiraq. de retract. lig. §. 1. gloss. 11. n. 63.

Prestaret sistendi iudicio cautionem, &c.] Notatur ad

ad hoc quod potest iudex arbitrari intra quem terminum reus comparere debeat ad præstandam cautionem, & expensas, & ad recuperandam possessionem, ut per Perez l. 1. gloss. 1. q. 20. vers. sed hodie, tit. 9. lib. 3. Ordin. Menoch. de arbit. casu 6. n. 11. Soar. de Pace in pract. tom. 2. p. 1. cap. unico, n. 46.

Notatur etiam ad hoc quod non solum seruandum est mandatum, sed & qualitas ipsius, ut per Tiraq. in l. si unquam, c. de reuocat. donat. verbo, l. p. 1. n. 59.

Ad restituendas expensas nullatenus compellaris. Aduertit Soar. de Pace d. cap. unico, n. 47. & 48. quod hic reus negabat se contumacem fuisse, asserens per appellationem à iudicio recessisse, ac ideo eum à principio non constaret de legitimitate appellationis præstita cautione de stando, & parendo, & dilata solutione expensarum in euentum probationis contumaciae, reus recuperat possessionem, si verò à principio constaret de illegitimitate appellationis, reus comparens teneretur præstare cautionem, & expensas soluere, etiam si ab actore non peterentur.

In gloss. Obuiis. ibi, & per hoc videtur renuntiasse appellationi. Notatur ad hoc quod offerens se soluturum id, in quo fuit condemnatus, dicitur sententiam ratificare, ut per Surd. de aliment. tit. 9. q. 26. num. 131.

In ead. gloss. ibi, Dicat ex quo aduersarius, &c. Notatur ad hoc quod actus gestus per partem in iudicio nunquam nocet, si non fuit à parte acceptatus, sed impugnatus, ut per Menoch. consil. 320. numero 25.

S V M M A R I V M.

1. Aduersarius si citatus non comparet ad remota loca se transferens, nec aliquis apparet qui defendat, tunc agens in possessionem causa custodia mitti debet.
2. Litera citatoria per edictum debent poni in loco publico.
3. Reus si ante citationem abfuerit, non habet locum missio in possessionem ex primo decreto.
4. Amici aut vicini absentis debitoris citandi sunt antequam proueniatur ad secundum decretum, qui ad hoc sunt requirendi, ut id possint denuntiare citatio, n. 5.
6. Citatio in persona unius ex familia exequuta non valet nisi sit apprehensus in domo.

CAP. Si aduersarius. IV. & vlt.

Gregor. IX.

Aduersarius si citatus non comparet ad remota loca se transferens, nec aliquis apparet qui defendat, tunc agens in possessionem causa custodia mitti debet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Panor. Anchi. Host. Bald. Butr. Cuiac. Viuijan. in ration. secundi libri iuris Pontif. pag. 119. Alagona in compend. iuris Canonici, pag. 243. remissum Ximen. in concordant. p. 1. & 2.

Publicè.] Ergo in loco publico debeat poni litera, ut per Tiraq. de retractu lig. 5. gloss. 2. n. 9. & n. 13. quod debet fieri alta voce, Ordin. Regia Lusitan. lib. 3. tit. 1. §. 8. ibi, mandamus que sejan dados ptegoes pessos praças, &c. è postas aluaro de editos, nam licet attenta prædicta Ordin. Regia Lusitan. & alia apud Castellanos 3. tit. 10. lib. 4. noua recopil. vbi Azcued,

n. 27. requiratur copulatio quod scilicet per plateas præconia fiant, & edicta affigantur, ut attestantur Vant. de nullit. ut. ex defectu null. n. 12. Marant. conf. 29. n. 15. sufficit tamen citatorium edictum vno in loco affigi, Dec. consil. 18. n. 171. volum. 1. Surd. consil. 181. num. 54.

Post citationis edictum.] Ergo si ante citationem reus abfuerit, non habet locum missio in possessionem ex primo decreto, ut per Soar. de Pace in pract. tom. 2. p. 2. cap. unico, n. 28.

In gloss. Qui defendat, vlt. ibi, alias requisitis. Notatur ad hoc quod citandi sunt amici absentis debitoris antequam proueniatur ad secundum decretum, ut per Tiraq. seu. temper. c. 22. n. 70.

In ead. gloss. ibi, Si non defendatur. Ergo requirendi sunt amici, aut vicini, qui id citato renuntient, aut si velint defendant, ut per Tiraq. de retractu lig. 5. gl. 1. n. 14. & ibi, dicit in Gallia obleruari, ut non valeat talis citatio, nisi nuntius iniungat cuiuspiam ex familia citati, aut vicinorum, ut citatum ipsum certiore de ea re faciat, non tamen est necesse literas alicui relinquere de familia, Surd. conf. 88. n. 16. Adnertere tamen oportet citationem in persona unius de familia executam non valere nisi sit apprehensus in domo, idem Surd. d. conf. 88. n. 6.

Vi lite pendente nihil innotetur.

TIT. XVI.



UPER hanc rubr. Scripserunt Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Panor. Anchi. Butr. Ioan. de Londris in breuiario sanctorum Canon. Petr. de Rauenna in compendio iuris Canon. Martin. Mesnart. in epitome Decretal. Dan. Venator in analyt. methodica iuris Pontificij, Goffred. & Host. in sum. huius tit. Lancelot. in inst. Canon. Canis. in summa iuris Canon. Cafar. lib. 2. et ceteris eiusdem iuris, Alex. Cassan. & Anastas. Germon. in paratitlis ad quinque libros Decret. Barthol. Carthag. in exposit. titul. iuris Canonici, nouissime Ioan. Honor. lib. 2. summa ad Decret. omnes sub hac rubr.

De materia huius tit. vide Cot. in memorabil. verbo, lite pendente, pag. mibi 552. Nanar. tom. 1. consil. sub hac tit. Flamin. de resign. benef. lib. 1. q. 4. n. 1.

S V M M A R I V M.

1. Privilegium etiam à Principe impetratum, per quod priuatur quis sine cause cognitione lite pendente usu possessionis tanquam subreptitium non valet, seu tanquam rationi obuium est reuocandum.
2. Possessorum iudicium competis pro honore.
3. Archiepiscopus potest ante se deferri facere Crucem per totam Prouinciā.
4. Iure simpliciter dicitur fieri, quod per consuetudinem fit.
5. Arbitrari ad pronuntiandum secundum iura, potest, & debet pronuntiare secundum statuta, & consuetudines.
6. Consuetudo est optima legum interpret.

CAP.